

# TABVLA RECITATIONVM

IN  
ACADEMIA LVDOVICIANA  
PER SEMESTRE AESTIVVM  
A DIE XIX. APRIL.

CISIDCCCLXXX.

IN CHOANDARVM.

---

RECTOR  
ACADEMIAE LVDOVICIANAE  
IOANN. CHRISTOPH. FRID.  
SCHVLZ

CVM SENATV.

**E**iisdem libri *Ciceronis de amicitia*, cuius editionem vetustiore in praefatione lectionibus hibernis praemissa descripsimus, extat in Bibliotheca nostra academica codex quidam manuscriptus chartaceus, in cuius fine haec leguntur: *Explicit liber Tullii de amicitia, qui dicitur Laelius anno Domini millesimo quadringentesimo vicesimo primo.* Cuius quidem codicis lectiones variantes, quas quidem collato eo cum Bipontina Operum Ciceronianorum editione obseruauimus, potiores iam exhibere conabimur. In capite primo, pariter ac in editione Dauentriensi, praeter verba *Q. Mucius etiam Scaeuola additur.* Loco verborum *a seuis latere* scriptum est *ab eius latere.* Pro sermonum inuenimus sermonis. Post verba *ut tum* inserta sunt *ad re, o Attice.* In capite secundo pro *debes* positum est *debeas.* Inter voces *re sapientem* interiectum est *esse.* Verbis *uerque* alio modo verba tria adiecta sunt hoc modo: *Caro & Acilius, uerque alio quidem modo.* Inter *Athenis* unum insertum est *quidem.* *Uenissimus* mutatum est in *conuenissimus.* Versus finem capitis secundi loco verborum *sed hi in pueris, Caro in perfecto & spectato viro* leguntur haec: *Sed nec hi comparandi Catoni, perfecto & spectato viro.* In capite tertio *excessit* positum est *exisset.* Post *ad superos* videtur additum est *deos.* In capite quarto non *in plerisque*, sed *plerique* legitur. Post verba *fit idem* subiungitur *homo.* In capite quinto post *integritas* inseritur *aequabilitas.* In capite sexto verba *quid dulcius* sequitur *quid iucundius.* Inter verba *sic loqui* interiectum est *omnia.* In capite septimo pro *necaretur* legitur *notaretur.* Loco verbi *expetimus* positum est *exspectamus.* In capite nono *dissentunt* mutatur in *dissentimus.* Pro *cerratio* scriptum est *concentratio.* Loco verborum *nisi quid ad haec forte vultis* leguntur haec: *Ahuc nisi addere forte vultis.* Pro *hoc enim* substituitur *eo vero.* In capite decimo similitur ac in editione Dauentriensi ex *Papo Aemilio* fit *Paulus Aemilius*, similiturque non *memoriae proditum*, sed *memoriae traditum* legitur. Loco verborum *Cuius frater* positum est *carissimus frater.* Post *acerrimus* additum est *inimicus.* In capite duodecimo non *Publium Scipionem* scriptum est, sed *Publium Nasicam.* *Illigatus* mutatur in *obligatus.* Pro *in exilium missus* substituitur *in exilium expulsus.* Loco verbi *supplicio* legitur *iudicio.* Verba *amicum vel bellum* sic se habent: *amici causa bellum.* In capite decimo tertio pro *argutis* legitur *argutis argumentis.* Loco verborum *puerum beati* positum est *videtur bari.* In capite decimo sexto pro *harum trium sententiarum* legitur *istarum trium opinionum.*

Vocabulum fortunæ mutatum est in facultatis. In fine capituli loco verbi cogitandum substituitur expectandum. In capite decimo septimo pro minus iustæ amicorum voluntates adiuvandæ scriptum est minus iustæ amicorum causæ defendendæ. Loco verborum caput agitur aut fama legitur de capite agitur aut de fama. In capite decimo nono pro verbis locis etiam ipsis mutuo-  
sis delectemur & siluestribus substituuntur hæc: locis ipsis delectemur etiam siluestribus. In capite vicesimo primo verba iure verustatis mutata sunt in iure necessitatis. Loco verborum est cum is quidem tanquam alter legitur est enim is verus amicus, qui est tanquam alter. In fine capituli ultimi additum est valere. In calce codicis hæc leguntur: "Nota metra de amicitia vulgi, quæ Ovidius ponit secundo libro de tristibus, (rectius libro secundo ex Ponto Eleg. III.)  
"exempla tria sunt, quæ sequuntur:

"Vulgus amicitias utilitate probat.

"Cura, quid expediat, prius est, quam, quid sit honestum.

"Et cum fortuna stat cadit atque fides.

"Nec facile inuenies multis e millibus unum,

"Virtutem pretium qui putet esse sui.

"At reditus iam quisque suos amat, & sibi quid sit

"Vtile, sollicitis computat articulis.

"Illud amicitiae quondam venerabile nomen

"Prostat & in quaestu pro meretrice sedet.

"Diligitur nemo, nisi cui Fortuna secunda est.

"Et alia ibi valde pulchra" — Per totum codicem adscriptæ sunt in margine lectiones variantes — Iam absolutis omnibus, quæ ad describendum codicem illum libri Ciceroniani de amicitia pertinent, ad alteram eamque posteriorem præfationis nostræ partem transeamus, ad commendationem nempe prælectionum aestiuarum, quæ iterum Vobis, *Commilitones aestiuatissimi*, offeruntur. Per amorem litterarum, quo imbuti ad nos accessistis, per amorem parentum & propinquorum, qui optime de Vobis sperant, per amorem patriæ, cuius commodis inseruire cupitis, per Vestrum ipsorum utilitatem (vbi enim hic sementem feceritis, ita illic metetis) Vos hortamur atque obrestamur, velitis tempore fugaci ita vti, vt nunquam Vos actorum in Academia nostra annorum poeniteat.

### LECTIONES THEOLOGICÆ.

D. IOHANNES GEORGIUS BECHTOLD hora VII. matutina & hora II. pomeridiana duce ven. DOEDERLEIN *theologiam dogmaticam* tradet. Hora VIII. matutina libros N. T. historicos ex synopsis *Griesbachiana* interpretabitur. Hora ead. VIII. bis per hebdomadem *in historiam & argumentum librorum ecclesiæ nostræ symbollicorum* commentabitur.

D. LVDOVICVS BENIAMIN OUVRIER Hor. VII - VIII. theologiam dogmaticam duce D. Moro docebit. IX - X Geschichte der Religionen ad proprium librum. X - XII. Historiam reformationis præeunte *Moshemio*. Publice duabus per septimanam horis catecheticum habebit; nec deerit iis, qui prælectiones in theologiam moralem desiderant.

IO. CHRISTOPH. FRID. SCHVLZ hor. VII - VIII & VIII - IX. Historiam ecclesiasticam Noui Testamenti ex *Walchio* enarrabit. Hor. IX - X. Euangelium Matthæi interpretabitur. Hor. X - XI. lectiones cursorias in partem librorum historicorum V. T. insituet.

*LECTIONES IVRIDICAE.*

D. IO. CHRISTOPH. KOCH Institutiones ex HEINECCIO, Pandectas ex HELLFEL-  
DIO, ius Canonicum e BOEHMERO, ius Criminale e compendio suo horis consue-  
tis tradet. Disputatorium quoque & Examinatorium offert.

D. IO. DAN. HENRICVS MVSAEVS Hor. VII - VIII. *Ius feudale* BOEHMERO  
duce, Hor. VIII-IX. *Processum summorum Imperii tribunalium* PÜTTERO praecon-  
te docebit. Hor. XI-XII. *Scholas elaboratorio-practicas* tribus per hebdomadem  
diebus habendas aperiet, alternis vero diebus *ius mercatorum*. & *cambiale* ex libris  
suis tradet. Hor. II-III. *Historiam Imperii R. G.* PÜTTERVM secuturus narrabit;  
Hor. III-IV. *Praelectiones encyclopaedicas* offert.

D. HELVICVS BERNHARDVS IAVP per semestre aestiuum *ius publicum S. R. I.*  
praeconate PÜTTERO, *ius privatum principum* duce eodem, & *ius Germanicum pri-  
uatum* e SELCHOVIO, tradet. *De interregno* & *iuribus S. R. I. vicariorum*, nec  
non *de electione* & *coronatione imperatoris*, differet singulis diebus Saturni.

D. IO. GODOFR. SIGISM. ALBR. BVCHNER. *Privatim* hora IX-X. & XI-XII.  
ad b. HELLFELDI iurisprudentiam forensam secundam ordinem pandectarum com-  
mentabitur. Hora X-XI. principia iuris naturae & gentium, filum libelli illi.  
HOEPFNERI sequuturus, omni fide & industria tradet. Hora auditoribus commoda  
historiam iuris duce SELCHOVIO enarrabit. *Privatissime* collegia examinatoria de-  
siderantibus aperiet.

*LECTIONES MEDICAE.*

D. IO. LVD. FRID. DIETZ, Prof. Med. Ord. H. VII - VIII. Physiologiam  
duce Metzgero; H. VIII - IX. Anatomiam theoreticam, praeconate Plenckio, expli-  
cabit. Alia desiderantibus haud deerit.

D. CAROLVS GVILIELMVS CHRISTIANVS MVLLER. H. VII - VIII. Physi-  
cam dogmatico-experimentalem praeconate Becmanno, h. VIII-IX. Botanicam ad sy-  
stema Linneanum, h. IX - X. Chemiam experimentalem docebit. *Publice* Excur-  
siones botanico-mineralogicas instituet.

D. GEORGIVS THOM hora VI-VII. artem obstetricandi ad cel. Baudelocque  
docebit, & horis XI-XII & I-II. chirurgiam ad cel. Callisenii praecepta tradet,  
fascias chirurgicas applicandi rationem diebus Martis & Veneris hora commoda pu-  
blice adiuncturus. Operationes chirurgicas in theatro anatomico pro instituto con-  
tinuabit.

D. ERNEST. SCHWABE, privatim tradet, Pathologiam Hor. VIII-IX. Semio-  
ticam Hor. X-XI. Medicinam forens. Hor. II-III. Publice Dietam Litteratis  
suadendam.

*LECTIONES PHILOSOPHICAE.*

ANDREAS BOEHM, P. & M. P. P. P. Deo fractas morbi tum diuturnitate tum  
violentia vires clementer restaurante, omnibus, quibus potero, muneri mei parti-  
bus animo lubentissimo satisfaciam, atque tum, quibus collegas praelegendis & ad  
finem perducendis me parem sentiam, e valuis publicis indicabo.

CHRI-

CHRISTIANVS HENRICVS SCHMID, I. V. D. Phil. Mag. Professor Poef. & Eloq. P. O. *Publice* Hor. II - III. Libros nonnullos *Aeneidos Virgilianae* illustrabit; *Privatim* Hor. VIII - IX. *ſibi cultioris Latini* elementa duce Schellero tradet; Hor. IV - V. *Notitiam librorum* cuius ſtudioſo vtiliſſimorum, praeunte b. Millero, exhibebit; Hor. V - VI. praecepta *Aetheticas* ex Eberhardo docebit, ad alia quoque paratiſſimus.

HENR. MART. GODOFR. KOESTER Hiſt. P. P. O. hora X. *Historiam eccleſiaſticam* N. T. ad ductum Cel. Schroekhii, hora XI. *Historiam Statuum Europae*, hora III. *Historiam uniuersalem*, hora V. *Philosophiam moralem*, ad Compendia a ſe edita, docebit, ad praelectiones in *Historiam Imperii R. G. ſive generalem*, ſive ſpecialem paratus.

D. GVILIELMVS FRIDERICVS HEZEL, LL. OO. P. P. O. *linguae Arabum* publice, *Hebraicae* priuatim tradet *fundamenta*, hora, quae placuerit auditoribus, vel matutina, vel vespertina. Hora, ante meridiem, proxima interpretabitur & *vaticinia prophetarum maiorum Meſſiana*, & *epiſtolas Pauli minores*, datas ad Galatas, Ephes. Philipp. Coloſſenſes rel. Paratum ſe proſitetur & ad alia.

D. AVG. FRIED. GVIL. CROME, *Oeconomiae & ſcientiarum Cameralium* P. P. O. Hora X - XI. *Oeconomiam ruralem*, & *hiſtoriam oeconomico-naturalem*, ad Becmanni compendium tradet: Hora III - IV. *Statisticam*, vt vocant, *auſtralis Europae regnorum* enarrabit, praeunte Achemwallio: Hora IV - V. *Oeconomiam politicam*, ſeu *doctrinam* quam dicunt, *cameralem, theoretico-practicam* (*practiſche Cameral-Wiſſenſchaften*) ad ſilum ſuum, & Hora V - VI. *Geographiam totius Europae*, & *phyſicalem & politicam*, vnâ cum *introductione in geographiam mathematicam*, duce Gatterero, proponet. Nec iis deerit, qui, illius auſpicis *ſcientiae foreſtali*, ſeu *diſciplinis politicis* operam nauare velint.

IO. FRIDER. ROOS, Philoſ. D. & P. P. O. *Historiam uniuersalem* h. XI - XII. aut I - II. *Historiam Europaeam* h. VII - VIII. ex more tradet. *Platonis Apologiam Socratis*, *Critonem ac Phaedonem* enarrabit hora Auditoribus commoda; nec *Linguae Anglicanae* inſtitutionem deſiderantibus praefſto eſſe grauabitur.

GEORG. FRID. WERNER Geometriam & Architecturam docebit. Collegium in ſcientiam militarem, nec non in Matheſin puram continuabit. Praelectiones in Phyſico - Chemiam ſecundum proprium ſyſtema offert.

---

LECTIONES EXTRAORDINARIAE.

FRID. LVD. WALTHERVS, Prof. Phil. extr. praelectiones in re ſaltuaria ad ductum libri *Grundriß der Forſtwiſſenſchaft* nec non in Zoologia horis auditoribus ſuis commodis, habebit.

GEORG. GOTTLIEB SCHMIDT, Prof. Phil. extraord. Calculi algebraici prima rudimenta publice tradam. Priuatim Phyſicam experimentalem ad compendium Erxlebenianum, cura Lichtenbergii editum, Matheſin puram duce Klügelio, Matheſin applicatam duce Kaefſnero lecturus ſum.

---

Praeter iſta Generoſiſſimis Nobiliſſimisque Ciuibus de luculenta *equitandi, pugnandi gladio, ſaltandique* palaeſtra, *Anglicae, Gallicae & Italicae* linguae ſcholis, per magiſtros eorum peritiſſimos, publice conſtitutos, abunde proſpectum eſt.